tivum contempnant nisi causa legi-
tima se poterint excusare. Item
cum clamosa insinuatio nostrum per-
venerit auditum et animum quod
abbates et Monachi ordinis sancti
Benedicti in quam pluribus locis ab
observantia sancte Regule temere
recedentes vitam nimis dissolutam
ducere non verentur in suarum ani-
marum periculum et scandalum plurimorum vo-
lentes igitur ut tante huiusmodi cor-
ruptele salubre remedium appo-
natur. venerabilis Episcopus Salzburgensis
provincie ac Episcopo Pragensi districte
precipimus ut quilibet ipsorum infra
dimidium annum assumptis secum
duobus abbatibus Cyst. ordinis omnia
claustra nigrorum monachorum sue
dyocesis visitet corrigat et reformet
tam in capite quam in membris
Illis tamen exceptis qui Romane
Ecclesie nullo medio subesse nosci-
tur quos per nos vel per alios a nobis
specialiter deputandos intendimus
visitare. Prohibemus in altaribus
ne Calices vel patenas seu sa-
cras vestes benedicere vel consecrare
aut alia episcopalia officia exercere
presumant nisi super hoc a sede
apostolica privilegium habeant speciale

Item cum in tantum insolen-
tie Judeorum excreverit ut per
eos in quam pluribus christianis infecta
puritas catholice sanctitatis
non tam nova cudentes quam
summorum pontificum statuta
vetera renovantes districte
precipimus ut Judei qui discerni
debent in habitu a christianis
Cornutum pileum quod quidam
in istis partibus consueverunt deferre
et sua temeritate deponere presumpserunt
resumant ut a christianis discerni
valeant evidenter. sicut olim in gene-
rali concilio extitit diffinitum
Quicumque autem Judeus sine tali sig-
no deprehensus fuerit incedere a
domino terre pena pecuniaria puni-
atur. Addicientes ut Judei Sacer-
doti parrochiali infra cuius Par-
rochie terminos manserint pro eo quod
loca in quibus christiani habitare debe-
rent occupant iuxta quantitatem
dampni quod ei ex hoc inferunt
ad arbitrium Dyocesani loci omnes
proventus quos a christianis si ibidem ma-
nerent sacerdos perciperet refundere
compellantur decimas et prediales
cum omni integritate persolvant
Prohibemus insuper ne stupas et bal-
nea seu tabernas christianorum frequen-
tare seu intrare presumant nec suos
vel ancillas aut nutrices seu quoscumque
christiana mancipia die noctuve in
suis domibus retinere presumant
nec ad recipiendum thelonium seu
ad alia publica officia aliquatenus
assumantur. Si quis vero Judeus
cum aliqua christiana fornicationis
vitium deprehensus fuerit commisisse
quousque decem marcas ad minus
pro emendatione solvat districto car-
ceri mancipetur et mulier christiana
que dampnatum coitum elegit
per Civitatem fustigata de ipsa
Civitate sine spe redeundi pe-
nitus expellatur. Item omnibus
christianis istius provincie et Ci-
vitatis et Dyocesis Pragensis sub pena
excommunicationis districtius inhi-
bemus ne Judeos vel Judeas se-
cum ad convivandum recipiat
vel cum eis manducare vel bibe-
re audeant aut cum ipsis in suis
nuptiis vel neomeniis vel ludis
saltare vel tripudiare presumant
nec christiani carnes venales seu a-
lia cibaria a iudeis emant ne for-
te per hoc Judei christianos quos hos-
tes reputant fraudulenta machi-
natione veneficent. Addicientes ut
si decreto quoque presenti Judei a
christianis graves seu immoderatas usuras
extorserint christianorum participium
eis subtrahatur donec de immode-
rato gravamine satisfecerint compe-
tenter. Unde christiani si opus fuerit
per Censuram Ecclesiasticam compellantur
ab eorum commerciis abstinere. Provin-
cipibus autem iniungimus ut propter hoc
non sint christianis infesti sed potius
a tanto gravamine Judeos stude-
ant cohibere. Si vero sacramentum
altaris ante domos Judeorum defer-
ri contigerit ipsi iudei audito soni-
tu premonitione intra domos suas se recipi-
ant et fenestras ac hostia sua clau-
dant hoc et in quolibet die parasceve
vel per prelatos Ecclesie facere compellantur
nec presumant de fide catholica cum
simplicibus disputare nec filios
aut uxores Judeorum ad fidem
christianam venientium invitos aude-
ant detinere nec christianos ad
iudaysmum alliciant aut aliquem cu-
su temerario circumcidant nec chri-
stianos infirmos visitent vel circa
ipsos exerceant opera medicine.
Synagogam non erigant novam
et si quas erexerint eas renovent
et deponant vetustam si opus fu-
erit reficiant non ampliorem pre-
ciosiorem seu et altiorem faciant.
carnes in xl. quando christiani absti-
nent a carnibus et ieiunant aperte
vel publice non deportent. Porro
primus autem Episcopus ut adhec omnia
observanda in singulis articulis Iu-
deos per substractionem communionis
christianorum compellant. Ipsos quoque
principes ac Judices eorundem distric-
tius ammonemus ne Judeis huius-
modi statuta nostra servare nolentibus
aliquis protectionis seu defensionis
favorem impendant et si aliqui eis a
prelatis Ecclesiasticis iniungant ea fi-
deliter exequantur Alioquin introitum
ecclesie et divinorum officiorum
sibi noverint interdictum. volumus quoque
et sub pena excommunicationis precipimus
ut dominus Electus Salzpurgensis eius-
que suffraganei nec non et Episcopus Pra-
gensis has constitutiones nostras sigillo
nostro sigillatas habeant easque singulis
annis in Synodis episcopalibus et in pro-
vinciali Concilio faciant recitari
et diligentius observari et ea que
tangunt laycos faciant per Par-
rochiales Ecclesias suarum Dyocesium
publicari. Acta sunt hec Vienne
Anno domini. M. CC. Lx. vij. Men-
se Maii. pontificatus domini Clementis
pape. Quarti. Anno Tercio
Item eodem anno terremotus factus est
Wienne proxima die post Symonis et
Iude in media nocte sive in primo gal-
li cantu. Item eodem anno [illegible]
Otto de Brandenpurch obiit
Item eodem anno magister Gerhardus
plebanus Wiennensis construxit claustrum
monialium Wienne quod porta celi nun-
cupatur. Item eodem anno venerabilis
Episcopus pataviensis dominus Petrus predictum
claustrum consecravit.

Item eodem anno predictus Gerhardus